

**Votivi applausus nuptiis  
viri clarissimi m. Petri  
Hahn politices &  
historia...**

Gezelius, Johannes,

*1 Ic 1681 Hahn, Petrus*



VOTIVI APPLAUSUS

NUPTIIS  
VIRI CLARISSIMI

M. PETRUS HAN

Politicæ & Historiarum Profes-

oris Ordinarii, in illustri quod Londini Scano-  
rum florescit, Musarum templo

SPONSI:

Nec non

*Generis splendore, pietate & reliquarum virtutum  
comitatu ornatissima Virginis*

MARGARETÆ

LELZEN

SPONSÆ:

*Viri Consultissimi*

DN. NICOLAI Lützen/

In Regio Dicasterio Aboënsi Adsestotis Amplissimi

DILECTISSIMÆ FILIÆ:

Ritu solenni in frequenti Perillustrium & Amplissimorum hominum  
confluxu celebratis Aboæ 13. Januarij Anno 1681.

*Ab Amicis & Fautoribus dicati.*

Excusi à JOHANNÉ WALDIO, Reg. Univers.  
Aboëns. Typogr.

8  
91.  
19

1681

VOTIVI APPLAUSUS

MURIS

RIKI CAROLINI

M. PETRIUS

Politicæ & Historiarum Prof.



Dr. Petrius  
 in Regio... no Abent A... Amplitudine  
 Discessimus...  
 in...  
 Comites...  
 in...  
 Excessi a Johanne Wardo. Reg. Jure...  
 A...  
 A...



**P**eregrino Josepho, Dei manus uxorem tradidit, filiam viri principis Heliopolitani. Mosi peregre ituro, hospitium simul ac conjugium providit in domo inter Midianitas eminenti. Machelon apud Moabitas cum parentibus suis hospes, fidam in illa gente invenit sociam; quæ mortuo marito, Deo & socru suæ servavit amorem, eo successu quod magnum Davidem habuerit pronepotem. Sed & hic regum optimus, in itinere vago, suavissimam sibi adjunxit Carmelitidem. Mater Timothei Judæa, extero nupsit Græco. Sic tellus quæ cunas sternit, non eadem semper torum parat. Istorum exemplo, *sponse Clarissime*, ipse hic peregrinus, lectissimam Virginem, quam affinitatis nexu, ut sororem diligo, ducis uxorem, inque matrimonij & peregrinitatis communem sive jucunditatem sive adverte sitatem. *Nonne potestatem habemus sororem circumducere uxorem?* Sis itaque, Divina benedictione, tantorum virorum faustis omnibus, felix maritus. Sit desideratissima sponsa Tua, pietatis laude celebris Eunice; sit bonis omnibus gratiosa Abigail; fruatur proborū tutela, Ruthæ instar peregrinæ; justorū defensione ut Zippora; & cum conjugè Josephi, tantū in mundo consequatur voluptatis & honoris, ut de æterna gloria semper in CHRISTO JESU certior vivat!

JO. GEZELIUS, J. F. S. Th. D. & P.  
Reg. Univers. Ab. h. t. R E C T O R.

1. Cor.  
IX. 5.

PETRUS HAN MARGRETA LITSEN

Medh förskatte Wötkäfwer:

GRETA här Presten til HusMan.



En Bispen til Morbror/ som Farbror här  
Måster  
HAN/ får wälsnart Giäll; en Bispen  
i Lund  
Ar Maier Knut Hahn troor/ en wäldiger Prester:  
Giffe acht på i Qwäll/ at i thenna Stund  
Ar PETRUS Professor och MARGRETA LITSEN  
En dngderlik Jungfrw / nu wigde tilsammian:  
När han blir Assessor widh Domkyrkian Sitsen/  
Har Greta wår Ungbru den Presten med Gaman  
Til Man vthi Huset. Gudh giff Eder Glädie/  
Först i denna Weriden fåå lefwa medh roo /  
See Barn i Dagz Huset at löpa på Wädie  
Bahn / slyst med den Gierden i Himmelen boo!

PETRUS GALLUS AC MARGARETA LITSE

Per Anagr.

*Alges? Laurus & Lac mergat partis!*



Urgat amœna Hani, circum tua tem-  
pora laurus  
Margreta Litse, tibi Gallus adesto  
Petrus.

Ulnis

Ulnis & partis dum te refocillet amica,

Virgo pudica satis *mergat* amore suo, ac  
Dum te ferventi redamantem diligat ore;

Dicito an *alges*? an tunc calescis eo?  
Sperandis sanum posthac *Lae* præbeat ipsa  
Natis! felices ambo valete boni!

*L. Mæ Sympatriota Sponsæ*

E. S. Q. G. A.

PETRUS HAHN

MARGARETA LIETZEN

per.

Anagramma:

EN! PER MARE GAZA: HIS LÆTA  
TRAHUNT.

*Elaboratio:*



Lucivomi non jam Regis memoran-  
da potestas,

Cæruleas quamvis mittat sua dona  
per undas.

EN! HYMENÆUS adest, cujus nunc festa ca-  
namus.

Qui residet promptus, cernit qui foedera sacri  
Connubij: Adpellentem ad litora nostra Magistrū,

PER

PER MARE; sic patulam, sine fuco, adfatur ad  
aurem ;

Nostræ non curæ est, Musarum munia nôsse  
Nec titulos: nosmet nam iussa capessere oportet,  
Nuncia læta sient, superum quæ dicitur ordo:  
Nobilis, ipse scias, quàm sit tua, PER MARE, GAZA!  
GAZA Tibi nullis veniens æquanda florenis,  
FœMINA; quæ Navis merces adportat onustæ;  
Exhilarans animum servansque domestica jura.  
Si malè tuta fides; adeas dictamina Divûm!  
Fallere non jubeo, nec nos fallamur utrinque!  
Auscultat pater ille senex! Thâlamî probo casti  
Vincula: compedibus junguntor fœdere fausto!  
HAHN Noster PETRUS, Rutilans atq; UNIO  
LIETZEN.

Quos decorant Pietas, candor, sapientia, fama  
Vivax. HIS sua LÆTA TRAHUNT per sæcla

Quadrigris

Tempora. Longè absint retrahentia fata maligna!  
Floreat hicce Torus! numeret sobolem nume-  
rosam,

Æternasque domos, quas cœlica regna parabunt!  
Annuat Astripotens votis! hoc vult Anagramma,

*Quod amicitia Signum Neonymphis erigendo,  
celeri pinxit: calamo,*

ELIAS Til Sandz

Med. Doct. & Prof.



*Rradiet caelis jam formidabile lumen  
Atque Cometa suos spargat in orbe  
minas,*

*Magnos pertendens motus, populique ruinas  
(Ceu certum has cerni non sine clade faces)*

*Conjugii stabilita tamen sunt jura, minacem  
Non metuunt barbaram, jussa verenda Dei;  
Mente alacri idcirco clarissime Sponse Professor,  
Ausibus atque piis foedera pange tori.*

*Nuncius ille Dei est, mala clamat si mala mundus  
Non cesset nilu post meliore sequi:*

*Virga Dei haec stella est, ferali crine rubescit,  
Ut poenas populus criminis, ecce, luat.*

*Connubiis contra mundus succrescet, Et omne  
Fera tori damnum sic reparare petunt.*

*Cur properes Nympham claris natalibus ortam  
In thalami sociam ducere mente pia,*

*Jussa Dei sequitur, non crimina patrat, amores  
Qui mavult votis consociare piis.*

*Est Deus ut scelerum vindex, ita mitis in illos  
Qui nomen Domini cum pietate colunt.*

*Vivite concordēs, sine culpa vivite, Vobis*

*Sic reor in cassum ludet imago minax.*

*Amplissimorum Neonymph. nuptiis, occasione  
hujus temporis L. Mq; licet pluribus  
impeditus scripsit*

**JOHANNES FLACHSENIUS.**

